

frustra aliquid à corpore expectaremus, nihilque circa hoc ab ipso est inquirendum.

II. Cùm verò illud clarissimè menti nostræ innotescat, nullam vim esse in nobis, per quam nos ipsos conservemus, ac proinde nos à Deo debere conservari, falsò dictum est, nos nullam habere ejus rei notitiam seu perceptionem sive conscientiam, qua nihil clarius percipimus atque intelligimus.

EXERCITATIO XXVIII.

Opera divinæ & humanæ Mentis perelegantiratione inter se conferuntur.

I. **D**E iis quæ hætenus demonstrata sunt non ampliùs dubitaremus, si nullis præjudiciis excæcati planas tantùm & faciles luminis naturalis vias sequeremur. Sed cùm simus assueti de operibus Dei quæ extra eum sunt, eodem modo Philosophari ac de nostris quæ extra nos, facilè in eum errorem incidimus, ut, quemadmodum videmus ea opera quibus manum apposuimus propria virtute subsistere, hoc est nostro auxilio non indigere ut in existendo perseverent: ita putemus

O opera